℞. *Extract. Betonic. gr.* iiij.
Croc. gr. ij.
M. P. de Cynogloss. gr v.
Ol. stillat. Succin. gutt. j.
M. F. Pil. num. vj. *pro dosi.* Vel
℞. *Theriac. cœlest. gr.* vj.
Extract. Betonic. gr. iij.
Castor. gr. ij.
Ol. stillat. Majoran. gutt. j.
M. f. l. a. Pilul. num. vij. *inauratæ dentur pro dosi.* Vel
℞. *M. P. è styrac.* ℈ß.
Ol. stillat. Meliss. gutt. j.
M. F. l. a. Pil. Num. v. *inauratæ d. ad chart. pro dosi.*

CAPUT XVIII.

De Remediis Sanguinem Sistentibus, sive Ischæmis.

§. 1.

Ischæmatum definitio.

ISchæma, sive *Sanguinem Sistentia Remedia* ea appellari solent, quæ sanguinem undecunque copiosius è vasis profluentem cohibere, sicque vasa præternaturaliter aperta, erosa, lacerata, aut aliàs hiantia obserare valent. Ex quo patet, destinari hæc medicamina Hæmorrhagiæ cuicunque, ubi sanguis, quâ datâ portâ, sive è Naribus, sive è Pectore per Hæmoptoën, sive è Ventriculo per Vomitum, sive ex Alvo per Fluxum hepaticum, Hæmorrhoidalem aut Dysentericum, sive è Renibus per Fluxum urinæ cruentum, sive ex Utero per Hæmorrhagiam uterinam, sive denique è Vulneribus profluat.

Distinctio. §. 2. Distingui hinc possunt hæc *Ischæma* in *externa* & *interna*; ad *Classem internorum* referri debent ea omnia, quæ nimiam salsedinem & acrimoniam Sanguinis plus minus acidam, particulis suis absorbentibus, præcipitantibus, & nonnihil adstringentibus emendare valent; Vel etiam, quæ nimiam sanguinis tenuitatem & turgescentiam incrassant ac refrænant; quæ itidem copiam in Plethoricis imminuunt per *Venæ Sectionem* aut *Cucurbitulas*.

Ischæma interna. §. 3. Materia itaque *internorum Ischæmorum* constabit, partim ex *incrassantibus* & *adstringentibus*, partim ex *terreis & absorbentibus*, partim ex *aqueis* & *acidiusculis* refrœnantibus, sive *restinguentibus*. Inter *adstringentia* aut *incrassantia* hûc referri debent & possunt, omnes *Pulveres*, *Essentiæ* atque *Tincturæ adstringentes*, in quibus eminent *Tinctura antiphthisica*, *Tinctura Corallorum*, *Essentia Martis adstringens*, *Essentia Catechu*, *Tinctura Lapidis Hæmatitini*, *Radices Tormentillæ*, *Bistortæ*, *Plantaginis*, *aliæque adstringentes*, *Succus Japonicus*, *Musci* varii generis, atque inprimis *Muscus Cynosbatos*, *Cortex Granatorum*, *Flores Balaustiorum*, *Essentia Foliorum Quercus*, *Syrupus myrtinus*, &c.

adstringentia.

Terreæ absorbentia. §. 4. *Terrea absorbentia* sunt *Unicornu fossile*, *Lapis Hæmatites*, *Sanguis Draconis*, *Corallia*, *Margaritæ*, *Unic. fossile*, *Conchæ pptæ*, *Bolus Armena*, *Terra sigillata*, *Crocus Martis adstringens*. &c.

Acida & aquea. §. 5. Ad *Acida* & *aquea refrigerantia* referunt communiter *Acidulas Aquas*, *Spiritus acidos*, *Syrupos acidiusculos*, *Aquam destillat. Plantaginis*, *Lactucæ*, *Ulmariæ*, *Bursæ Pastoris*, *Taraxaci*, *Endiviæ*, *Portulacæ*, *Rubi idæi*, *Graminis*, *Polygoni*, *Nymphææ*, &c. *Emulsiones Amygdalarum dulcium*. Quibus omnibus superaddi possunt *Opiata* figentia, & sanguinis tenuitatem incrassantia. §. 6. At-

§. 6. Atque hæc omnia hactenus commendata, interno quidem usu indicationibus omnibus satisfacere credenda sunt, quippe lixiviosum, alcalinum, rarefactum & resolutum Sanguinem concentrantia, inspissantia, congelantia, mitigantia & figentia; vel etiam sanguinis nimis acidi acrimoniam temperantia, absorbentia, edulcorantia, nimiamque coagulationem resolventia; vel denique turgescentiam particulis nitrosis, vitriolicis, aliisque fixioribus refrænantia, restinguentia. *Modus agendi.*

§. 7. Præter *Interna*, subinde opus quoque est *Externis*, vel actu, vel potentiâ refrigerantibus, adstringentibus & condensantibus, Atque hanc in Classem referuntur *Venæ Sectiones*, *Cucurbitulæ cum scarificatione*, *Epithemata è Terra sigillata*, *Bolo Armenate*, aliisque condensantibus, cum *Aceto in formam Cataplasmatis* subacta, & frigidè applicata. *Lapis Hæmatites*, *Crystalli*, *Chalybs*, *Lapides Jaspidis*, *Marmoris*, aliaque frigida manibus prehensa; item *Herbæ Bursæ pastoris*, *Polygoni*, *Equiseti*, manibus retenta, donec incaluerint. *Buso exsiccatus*, *aceto consperjus*, & sub *alam alterutram* alligatus. Tandem & *Lintea Aceto rosaceo*, *violaceo*, &c. intincta, frigidè pudendis applicata, Hæmorrhagiæ Narium ac Uteri mederi observata sunt, ut ea jam taceam, quorum *Celeberrimus Wedelius in Amœn. Mat. Med.* prolixam mentionem injicit. *Ischæma externa.*

§. 8. In *Hæmorrhagiis* autem *Vulnerum*, non actu præcisè frigida, sed vera adstringentia & stegnotica veniunt adhibenda, & cùm inter hæc palmam obtineant, facemque præferant *vitriolica*, hæc tamen cautela maximoperè practico Medico est attendenda, ne ea adhibeat in Vulneribus Pectoris, ubi Venæ & Arteriæ Cordi vicinæ sunt laceratæ, vel læsæ, quia sic venosus ad Cor recurrens san- *Usus eorum.*

guis facilè alterari, ex unâ parte coagulari, ex alterâ verò resolvi posset, sicque mortem accelerare; neque in Vulneribus Nervorum & Tendinum, ubi cum Hæmorrhagiâ nervosæ insigniores fibræ simul patent, his enim Vitriolum maximè adversum, facilè Convulsiones, Gangrænam, & mortem inducere valet. In aliis autem carnosis Vulneribus, ejus usum admittimus, ubi simul adjunguntur alia *Stegnotica*, verb. gr. *Pulvis Terræ sigillatæ, Lapidis Hæmatitis, Sanguinis Draconis, Succi Catechu, Crepitus Lupi, Pilorum Leporinorum, Muscorum variorum, Gallarum, Farinæ volatilis, Terræ vitrioli dulcis, Croci martis adstringentis, Unicornu fossilis*; Præter hæc Lintea carpta sicca, vel *Stupa Albumine Ovi* imbuta, vel Liquori alicui immersa & applicata conducit.

§. 9. Subinde *Ligaturæ pedum* & *Brachiorum* admittendæ sunt fortiores. Quandoque vasa in Vulneribus, si reliqua non juvent, candente ferro tanguntur, ut ita fluxus sanguinis sistatur. Imò interdum filo Arteriæ vulneratæ ligantur, aut etiam in Aneurismate comprimuntur validè. *Stercus suillum* etiam sæpe instar Cataplasmatis applicatum mira præstat. Formulæ Ischæmorum sequentes interim esse poterunt.

Formulæ Ischæmorum internorum.

℞. *Aq. Plantag.*
Burs. pastor. ana ℥iß.
Syr. myrtin. ℥j.
Corall. rubr. ppt.
Croc. martis adstring. ana ʒß.
M. d. ad Vitr. Sumatur aliquot dosibus. Vel
℞. *Aq. Polygon. Portulac.*
Tormentill. ana ℥iß.

Syr.

Syr. Cydonior. Plantag.
Anodyn. ana ℥ß.
Essent. Opii ℈ß.
Unicorn. fossil. ʒß.
C. C. ust. ppt.
Lap. Hæmat. ppt.
Sang. Drac. ver. ana ℈j.
Rotul. Man. Chr. simpl. ʒiiß.
M. d. ad Vitr. pro iij. *vel* iiij. *dosibus.* Vel
℞. *Conserv. Rosar. rubr.*
Plantag. ana ℥j.
Confect. Hyacinth.
Condit. Cynosbat. ana ʒj.
Bol. Armen. ppt.
Terræ sigillat. ana ʒiß.
Unic. fossil. ℈j.
Syr. Papav. rhead. q. s.
M. F. Elect. d. ad Oll. Sumatur per vices, nucistæ magnitudine. Vel
℞. *Conserv. Bugloss.*
Cond. Cydon. ana ʒvj.
Rad Symphyt. ʒij.
Confect. Alkerm. inc. ʒj.
Rad. Torment.
Croc. Martis adstring.
Matr. perl. ppt. ana ʒj.
Syr. anodyn. q. s.
F. Mixt. in formâ Opiatæ d. ad Oll. Dosis Nucistæ magnitudo. Vel
℞. *Tinct. antiphth. Garm. vel*
Catechu, vel
Mart. adstr. ʒij.
Ess. Opii ℈j.
Misc. detur ad Vitr. Ut m. & v. ʒß. cum *Aqua Bursæ past.* capiatur. Vel

Tinctura styptica Dolai.

℞. *Alumin. crud.*
Vitrioli martis,
Sacch. Saturni ana part. æqu.

Affunde Spiritum Vini, & Liquorem Terræ sigillatæ, ac lege artis paretur Tinctura, Dos. à gtt. x. *ad* xxx.

℞. *Radic. Bistort. Tormentill.*
Bol. armen. Corall. r. ppt.
Tragæa Granor. Act. ana ʒj.
Nuc. moschat. ʒß.
Sacch. cand. alb. ʒiij.
Laud. opiat. gr. vj.
M. F. Pulv. subt. Dos. ℈j. *ad* ʒß. Vel

℞. *Unic. fossil.*
C. C. ust. ppt.
Terræ sigill. ana ʒiß.
Lapid. Hæmat. ppt.
Sang. Dracon. ver.
Balaust. Catech. ana ʒß.
Sacch. penid. ʒij.
M. F. Pulv. subt. d. ad ch. Dos. ʒß. Vel

℞. *Fungor. Cynosbat. exsicc. & pulv.* ℥j.
Lapid. Hæmat. ppt.
Sang. Dracon. ver.
Unicorn. fossil. ana ʒij.
Sacch. cand. alb. ℥ß.
M. F. Pulv. subt. d. ad scat. Dosis ʒß. *ad.* ʒj.

Formulæ Ischæmorum externorum.

℞. *Stercor. suill.*
Ranar. prægnantium,
Pilei antiqui ana q. v.

Omnia simul combure in Pulverem, quem siccum Vulneribus insperge.

℞. *Fung.*

℞. *Fung. Crepit. Lup. pulver.*
Terræ sigillat. Cret. rubr. ana ℥j.
Terr. Vitrioli dulc. ℥ß.

M. f. Pulv. subt. d. ad scat. Usus cum linteis carptis, albumini Ovorum intinctis. Vel

℞. *Fung. Cynosbat. pulver.*
Musc. terrestr. cujuscunq;
Bol. armen. ppt. ana ℥j.
Pilor. leporin.
Farin. vol. ana ℥ß.

M. f. Pulv. subt. d. ad scat. Usus ut suprà.

℞. *Aceti commun. vel*
rosac. ℔ß.
Album. Ovor. Num. iv.
Vitriol. pulv. ʒj.

Misc. pro epithematibus.

℞. *Folior. Querc. tener.* Mij.
Herb. Equiset.
Polygon. ana Mj.

Incisa sacculis indantur, qui cum Aqua ferratâ, aut Vino rubro cocti calidè applicentur.

℞. *Essent. Catechu* ʒij.
Spir. Vitriol. ʒj.

Misc. detur in Vitr. Ut cum linteolis adhibeatur.

℞. *Vitrioli cypr.* ʒj.

Pulverisatum excipiatur linteis carptis, & Vasis cruentantibus applicetur.

℞. *Stercoris suilli rec. q. s.*

Cum Aceto fiat Cataplasma, frigide applicandum.

CAPUT